

commercationem. Illud idem in Popiliensium civitate sacramentum sequi intensi remisso [a] propter civitatis honorem esse recognoscas.

Quando Faventini ceperunt arcem de Monte Majore.

CAP. CCXVII.

1236

Post gloriosum virginis partum mense Julii, equitavere milites portae Montanariae una cum eorum peditibus, et pedites portae Imolensis cum eis apud castrum seu arcem de Monte Majore, quod inexpugnabile ab omnibus iudicabatur, ubi Teutonici Imolensium [b]... et voluntate [c] quorundam de terra considerant, ut Faventini et alia circumstantia possent obtinere loca, dictum castrum et arcem praeliando ceperunt; quod postea vicina Romania (dolore) ducta [d] ignis flamma creari videt [e]; eumque vident [f] diligenter se aspergunt aqua, et ardore ignis endit.

Quando Faventini misere l milites apud Mantuam  
in servitium Societatis Lombardiae.

CAP. CCXVIII.

Sub anno Domini mcccxxxvi, mense septembri, miserunt Faventini in servitium societatis Lombardiae apud Mantuam et Brixiam, quinquaginta milites cum victualibus, et aliis necessariis optime preparatis ad serviendum, et cum eis Rubacontem de Mandello eorum potestatem, ad resistendum, ne dominus Imperator, de Alemania rediens, in Lombardiam descenderet cum apud Villam Francam et Fontanam existaret; [f] at tamen eis invitatis [g], adiutorio Cilini [h] et Salinguerrae, et etiam Cremonensium, Parmensium ac Mutinensium descendit, ubi ingens affuit tremor propter traditionem quorundam. Et sic completa est prophetia illa Michaelis Scotti quae dicit: Sic Brixia vexilla.... fugiet.

Quando Faventini iverunt Bretenorium et ad pontem Sancti Gervasii.

CAP. CCXIX.

Anno Domini mcccxxxvi, die primo octobris, Faventini die quadam civitate omnes egredientes Forolivii [j] usque castrum Bretenorii equitaverunt; et dum ibi moram egrediuntur forolivii, inveniuntur eum apud Villam Francam et Fontanam existentem.

[a] sequi intensi remisso. Codd. V. et A. sic. Nec facile est lectionem restituere; cum qui exscripterunt Cod. Manfred. eam non bene assequuti sint, nec nobis possibile sit codicem ipsum consulere, quia mutilus est; neque spes est ulla inveniendi ea, quae ipsi deficere supra monuimus. — [b] Imolensium .... Sic Codd. Lacuna vero relieta suppleri fortasse posset, addita voce: consilio. — [c] et voluntate. Sic C. V.; ex voluntate, C. A. — [d] dolore ducta, C. A.; ducta, C. V. — [e] ignis flamma cremari vidit. In C. V., igne flamma cremari viderunt. In C. A., pro igne, est; igni. — [f] cum apud Villam Francam, et Fontanam existaret. Sic C. A.; eum apud Villam Francam et Fontanas existentem, C. V. — [g] et tamen eis invitatis. Sic lego. In C. V., tamen eis invitatis; in C. A., et iis invitatis. — [h] adiutorio Cilini. Sic Codd., scilicet Ezelini. — [i] affuit tremor, C. V.; affuit timor, C. A. — [j] civitate omnes egredientes Forolivii. Sic lego. C. V., civitatem omnes egrediuntur Forolivii; C. A., civitatem omnes egredientes Forolivii.